

SCEMMA I.

An Prædicabile legitime dividatur in Universale & singulare?



Ntiquam isthanc fabulam quidam καινότομο in scenam protrudit, falso impetrati ab hac Academia consensus habitu eam induens, quæ tamen in κειροδοξίαν hanc similesq; ineptias nunquam compromisit. Per Universale verò intelligit ea, quæ pro genuinis agnoscuntur, quinq; prædicabilia; singularis prædicabilis nomine ipsi venit individuum.

§. 2. Inter quatuordecim autem legitimæ divisionis requisita familiam præne ducunt hæc tria; 1. divisio debet esse adæquata toti diviso, ita ut partes dividentes essentiam totius divisi exhauriant, cumq; eodem pari latitudinis passu ambulent. 2. partes debent toti inesse, & amico cum eodem consensu conspirare. 3. divisum singulis membris seorsim sumtis debet esse majus.

§. 3. Unde ita inferimus; Quæcunque divisio in aliquot legitimæ divisionis requisita impingit, illa non est legitima. Divisio prædicabilis in universale & singulare est talis. Ergo, &c. Minor liquet; neq; enim 1. est adæquata toti diviso sed quoad latitudinem illud excedit, dum individuum accensetur prædicabilibus, in quod tamen natura prædicabilis non quadrat. 2. alterutra pars toti diviso non inest, ab eoq; dissentit, nullum enim prædicabile est singulare, cum, ut individuum universale sic prædicabile singulare sit αὐτὴν ὑπὲρ ἐν ὁμογενείῳ non secus ac Ecclesia Romana Catholica, atramentum rubrum. 3. prædicabile non est majus sive latius alterutri divisionis membro, nempe Universali, sed cum eo æquè latè patet.

A ij

Patefcens